

EVSTACHIUS SCHLEBIUS ELECTORIS BRANDEBVRGICI  
*Consiliarius.*



**E**Vstachius Schlebius ex honesta familia natus, & in omni genere uirtutum educatus est. nam & bonis literis operam dedit, & singulari prudentia & facundia exornatus fuit. Id cum Ioachimus elector Brandenburgicus cognouisset, eum inter suos consiliarios recepit, & res magni momenti concredidit. Cum autem postea de Turce bello apparatu certo cognouisset, hunc Eustachium 1538 ad Saxonem & reliquos principes uicinos legatum misit, & per eum cum eiusmodi egit, qua ratione potenti hosti occurrendum sit. Deinde etiam Halæ Saxonum 1547 Mauritius & Ioachimus Electores per eum cum Landgrauio multa agunt, atque

ostendunt, quod præter ipsorum expectationem in eo loco cum custodibus permanendum sit. Velle autem postero die cum Cæsare ea de re colloqui, atque ipsius nomine quiduis tentare, id quod etiam postea factum est. His uarijs legationibus & officijs factum, ut Eustachius magnum sibi nomē compararit, & ob multas corporis & animi uirtutes principibus gratissimus extiterit. Io. han. Sleid.